



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 165. Brgundus in ponte Monterigoli ex insidiis trucidatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. eorum proposito favebant. Delphinus
A.C. 1419. præstituto die Monterigolum se confert,
 Duce ultra quindecim dies moras trahente; Nam quominus hunc locum accederet, obstabant suorum Amicorum monita, terrebat propria proximi fati sui præsaga mens, ac Judæi cujusdam vaticinium; hic enim, nomine Magister Musca, inter Ducis domesticos alebatur, eidemque prædixerat, illum quidem Monterigolum iturum, sed nunquam redditum: nihilominus Burgundus spretis his omnibus cujusdam foeminæ de Gyac, quam turpi amore deperibat, suasionibus cessit.

§. CLXV.

Burgundus in ponte Monterigoli ex insidiis trucidatus.

Monstrelet.
c. 212.

Tandem die decima Septembbris Burgundiæ Dux advenit, quem Delphinus jam a vigesima sexta Augusti expectabat. Ergo ex pacti lege in castro habitat, inde vero in pontem descendens, ad aditum, quo locum clausum intraverat, excubias ponit, ac demum Delphini pedibus provolvitur; cum autem surgere jussus cum eo loqueretur, Tanquillus de Castello cum suis cancellios transiliens, in Ducem irruit, pluribusque hastæ suæ ictibus saucium interimit. Burgundi Ducis milites sicariorum impetus molli

molli brachio repellebant, excepto solo Sæcul. XV.
 Nobili de Nouailles Buchiensis Dynastæ A.C. 1419.
 fratre, qui cum strenue sese parricidarum
 gladiis objiceret, vulnere affectus, tertio
 expost die animam efflavit. Multi Del-
 phinum hujus cædis consciū fuisse af-
 firmabant; Juvenalis tamen Ursinus in
 Historia Caroli VI. omnibus viribus eum
 ab hoc crimine absolvere nititur: Alii
 econtra horrendum hoc facinus, vel jussu,
 vel consilio cuiusdam Principis, proxi-
 mi Gallicæ coronæ hæredis patratum
 fuisse, asseveranter testantur. Utut res
 se habeat, hoc flagitium honori, ac famæ
 Delphini teterimam notam inussit.

§. CLXVI.

Philippus paternæ cædis vindex.

Philippus unicus defuncti Ducis hæres
 Patris sui cædem ulcisci parabat, nec ^{Juven. Urs.} l.c.
 consilio suo vires deficiebant, cum omnes
 Burgundicæ Domus Amici, cunctique
 Gallis male affecti validum offerrent auxi-
 lium. Quinimo facinoris atrocitas e-
 tiam magis imbelles animabat, & Pari-
 sienses antiqua sua renovabant studia;
 Philippus quoque populi amorem sibi con-
 ciliaturus, Anglos ad ineundas inducias
 induxit, exclusis Delphini Deputatis, li-
 cet eadem ex caussa Rothomagum venis-
 sent. Eo ex temporis articulo Galli,

E e 4

Angli,